

versum: *Pone*¹, *Domine, custodiam ori meo* et cetera^a; et sicut^b mane^c postulavit sibi labia aperiri^d a Domino², sic requiescens roget poni ori suo^e custodiam^f.

IV. Bruchstück aus den Verhandlungen der Lateran-synode³ im Jahre 1059.

Das hier abgedruckte Fragment ist von einer Handsaec. XI. auf die Blätter 223'—226' des Codex Vaticanus Ottobonianus 38 (ex bibl. Ioannis Angeli ducis ab Altaemps) saec. X. eingetragen⁴.

Ed.: Mabillon, Annales ord. s. Benedicti IV (1707), 748; ed. 2^a. IV (1739), 686.

Anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo nono, indictione XII., Kal. Mai. praesidente domino et venerabili papa Nicholao⁵, anno primo pontificatus sui, cum cardinalibus suis episcopis et presbyteris, considentibus quoque Dominico Gradensi patriarcha⁶ et Widone Mediolanensi⁷ et Olderico Beneventano⁸ et Petro Amalfitano⁹ et Odelrico Papiensi¹⁰ metropolitanis et archiepiscopis cum suffraganeis eorum et nonnullis aliis episcopis Tusciae et Campaniae atque Apuliae et Marchiae Firmanae, astantibus quoque diaconibus in basilica sacri palatii Lateranensis, quae agnominatur Leoniana, praestantissimus vir Hildebrandus, apostolicae sedis archidiaconi auctoritate functus, ait: 'Nonnulli ex clericali ordine, per Spiritum sanctum perfectae caritatis igne inflammati, iam dudum in hac Romana urbe et in provinciis atque parrochiis eidem specialius pertinentibus seu cohaerentibus noscuntur communem vitam, exemplo primitivae aecclesiae¹¹, amplexi simul et professi in tantum, ut nil sibi reservassent proprii, facultate sua vel distributa egenis aut relictis propinquis vel certe oblata Christi ecclesiis. Quos sicut amor perfectionis

a) 'cetera] ostium circumstantiae labiis meis' B. C. b) 'sicut] et' add. C; 'sicut — custodiam] sic muniat se signo sanctae crucis et dormiat in Domino, amen' C. c) 'mane] surgens' add. C. d) 'aperiri a Domino] a Domino aperiri' C. e) 'suo] a Domino' add. C. f) Hoc verbo sistit M.

1) Psalm. 140, 3. 2) Cfr. ibid. 50, 17. 3) Ueber die Synode vgl. Jaffé - Löwenfeld, Regg. pontt. I, 556; Hefele, Conciliengeschichte IV², 800 ff.; Meyer von Knonau, Jahrbücher des deutschen Reiches unter Heinrich IV., Bd. I, 134 ff.; Hauck, Kirchengeschichte III, 683 ff., bes. 697 f. 4) Vgl. Bethmann, Archiv XII, 357, dazu oben S. 591. 5) 1059—1061. 6) 1045—1069. 7) 1046—1070. 8) 1053 — ca. 1071. 9) ca. 1050 — ca. 1063. 10) 1057 — 1072. 11) Cfr. Act. 4, 32.